

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

viuere, ego me ipsum perimam, ut mox non tantum à miseriis sim liber, sed etiam à peccatis cesseam.

R E S P O N. Fiat voluntas Domini, dicendum. Si is velit nos viuere, viuendum. Si iubeat mori, moriendum. Si dicat Dominus. Volo te viuere & facere officium: tu dic id Psalma. I. 18. v. 17. Non moriar, sed viuam & narrabo, &c. Melius esset cum Christo viuere, at viuendum propter vos, ait Paulus, Phil. I. v. 14. Omnibus dicitur, non occides. Ergo etiam tibi. Exspecta Dominum, Ipse faciet, Psal. 37. v. 5. & 37.

Et recte Hieronymus: Non recipit Dominus animas, quae ipso nolente exierunt de corpore. Dei est nos soluerre, & non nostrum. Et soll vns Feine ahead geten / wir nicht selbst. Et pertinent tales in numerum eorum, ques Joannes vocat Timidos, Verzagte. Illorum pars in lacu, Apoc. 21. v. 8.

F I N I S.

THEMA LXXXIII.

Eccles. 7. v. 3.

Melius est ire in domum luctus, quam in domum conuiuii. In illo, &c. ad vers. 4.

D I S P O S I T I O.

Congregati sumus hodie in praesentis funeris deducione ad domum luctus. Vidimus enim lugubria, & luctum super morte defuncti nostri. Itaque etiam antiqua consuetudo & laudabilis postular, ut lugubria quoque audiamus. Et ideo recte in funeribus congregamur hic, tanquam in domo luctus. Hoc enim ipse etiam Salomon sapientissimus commendat hoc loco, & melius affimat esse, quam si conuenissemus in domo conuiuii. Cor sapientium in domo luctus sepius versari, etiam verbis sequentibus verl. 5. ostendit. Hoc vero quia nobis non nihil absurdum videri possit, iam erit paulo accuratius expendum.

Dice-

Dicimus 1. quid intelligatur per domum luctus aut conuiuii.

2. Quare melius ire in domum luctus.

3. Et quis præterea huius loci ysus.

I. Pars.

1. Ingredi in domum luctus, est ingredi ad miseros, ægrotos, vel in priuatis ædibus, vel in Nosodochiis, Nofocomis, Lazgreth Hospital / &c. vel alibi decumbentes; aut visitare ægros & afflictos, tentatos, moritutos & eiusmodi luctuosos homines. Sic ut Iosas Rex visitat Eli-saem moriturum & decumbentem, 1. Reg. 13 v. 14. De hac domo luctus, Matth. 25. v. 36. Æger fui & visitasti me.

2. Deinde est ingredi templum, ubi funebria tractantur: Commitari funus, & tractare stristia. Flere cum flentibus, Rom 12. v. 15.

Domus autem conuiuii, non tantum est hospitium aut cappona sed omnis locus, ad quem confluant homines potandi, ludendi, &c. causa. Præsertim ubi talis est cōuentus, de quo Esa. 5. v. 11. Pro. 23. v. 30. Sicut igitur ire in domum luctus, est conuersari lugentibus: ita ire in domum cōuiuii est accedere conuiuia, seculi gaudia munera, splendide epulari cum helluocillo Luc. 16.

II. Pars.

Salomon igitur hoc loco pronunciat, Melius est ingredi domum luctus, quam conuiuii.

Notandum autem, quod non improbet honestas cōversationes bonorum: aut conuiua honesta ad hilaritatem instigata, vel tempore nuptiarum, aut alio. Sic ut filii Iobis solennia agunt conuiuia, in pietate, Hiob. 1. v. 4. Idem de Patriarchis legitur, Gen. 18. & 21. v. 8. &c. Et ideo creavit Deus vinum, ut laetificet cor hominis, Psal. 104. v. 15. Nec improbat honesta Musica in conuiuio vini, Syr. 31. vers. 7. Et ne ab ludum videatur, melius ingredi in domum luctus, ipse Salomon rationem afferit hanc: Quia in domo luctus finis omnium hominum.

Hoc

THEMA LXXXIII. VET. TEST. 269

Hoc vult. Vbi funebria, trista, & luctuosa tractantur,
(quod in primis fit in concessionib funebris, & eiusmodi
processionibus) ibi cogitamus de vita humanæ termi-
no instabili & incerto: nisi plane simus trunci, bardi &
etiam atque sine sensu.

Sic enim teste Syr. 38. v. 23. funus alloquitur comites, he-
ri mihi, hodie tibi.

Si moriantur iuniores, cogitamus, Caro, foenum, flos
agri, mane virens, &c. Esa. 40. l. sal. 90. & 102. Si adulti, co-
gitamus: Nemo tam fortis, quin à morte vincatur. Mors
nemini parcit.

Si senes, cogitamus. Non post annos plurimos quen-
quam posse effugere mortem. Nein Alter hilft für den
Todt. Hę cogitationes multo sunt meliores, & plus ædi-
flicant, quam quę in domo conuiuii sunt. Nam in hac tra-
ctatur de his, qua quotidie accident, rebus nouis; prout
sunt studia conuiuarum.

Nauita de ventis, de autris narrat arator.

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Nemo hic de morte cogitat. I.æta tractantur & omnia
tristia quauntur foras.

Interdum quoque audiuntur turpia, obsecena, scanda-
losa, de quibus Eph. 4. vers. 29. & 5. v. 4. Et si optime ce-
dit, otiosa verba audiuntur multa, de quibus ratio red-
denda, Matth. 12. v. 36.

2. Addit Salomon, quæ in domo luctus siant, hęc à vi-
uis ad animum reuocari. Quicunque enim pī sunt, hoc
agunt, vt ad ædificationem omnia seruant, 1. Cor. 14. v.
6. Canimus tum: Nuhn lassen wir / ic. Schicken uns auch
nicht ganzen fleisch / dann der Todt kommt uns gleicher weiss.
Omnis cordatus afficitur aliorum miseriis: vt de suis co-
giter, & præparet se ad eundem agonem.

Cum vicissim in domo conuiui sepe sic seipso exci-
piant coniuue, vt obliuiscantur nominis sui, & neque os,
neque manus, neq; pedes amplius possint facere officium.
Certe si continget tum mori hominem, non posse

animam suam commendare Deo : Satis fuisset si illud tempus consumplisset in domo luctus. **Vera** igitur Salomon hic narrat.

III. Pars.

Quis præterea huius narrationis vsus , Salomon sequenti versu s. ostendit, inquiens. Cor sapientum in domo luctus: Cor stultorum in domo conuiuii.

I. **D**O C E T autem vehementer despere illos, qui iniuiti & rari accedunt aetus funebres, nec possunt tolerare eos, qui saepius de morte differunt. Si audiant talia, respondent idem quod Xerxes Artabano : Mittamus ista tristia, cum latiora in manibus habeamus. Imitantur voices illorum , Sap. 2.v.6. & sequentibus. **L**est vns dasfur jetzt lustig seyn. **L**est vns dasfur einaader zurrincken. Sic fecuti semper sunt. Mors aggreditur illos in tempore malo, Eccles. 9.v.12. Quia imparati sunt. Hamus nocens, ibid. v.12. Laqueus, Luc. 21.Fur. 2. Per. 3.

Contra sapientes semper sunt memores mortis, iuxta id Syrac. 7. in fine. Libenter conuersantur lugentibus. Ora nt, Doce nos, Psal. 39.v.6. & 90.v.22.

Veteres picturis atque aliis modis hoc suis crebro inculcarunt. Hieronymus dicere solitus : semper se videri sibi audire vocem, Surgite mortui ad iudicium. Philippus Macedo quotidie audire cupiebat: Homo es. Aegyptii ex cranio ih conuiuis bibeant.

Nos potius Christiani semper sumus memores mortis, præsertim in funeribus, Syr. 38.v.23. Huius nos monere debent Epitaphia, pulsus campanarum, coemeteria, &c. Et in conuiuis quoque sumus mortis memores, Syr. 11. v.27. & 18.v.25. Atque quia extrema gaudii luctus occupat, Prou. 14.v.13. Cogitemus, quam tristes sœpè furent exitus conuiuorum. Filiorum Job, Hiob. 1.v.19. Ab-salonis, vbi Ammon occisus, 2. Samuel. 13. Vashti, Esth. 1. Philistinorum, Jud. 16. vers. 30. Balthasaris, Dan. 5.v.30. Adonie, 1. Reg. 1.v.49.

II. Pii

II. Pii & cordati non recreantur, si lugubria & funebria tractentur. Quin potius omni tempore lumbi sint accincti, Luc. 12. v. 35. lampades instructæ, Matt. 25. v. 4. Quia semper desiderant esse cum Christo, quod melius, Phil. 1. v. 23. liberari, Ro. 8. v. 22. superindui, 2. Cor. 5. v. 2.

F I N I S.

THEMA LXXXIV.

Eccles. 7. v. 4.

Melior est tristitia risu, quia, &c.

D I S P O S I T I O.

Salomon ille sapientiae nomine celeberrimus, in capite 7. libri sui, cui titulum fecit Ecclesiastes, tria ponit, quæ rationi humanae possunt videri absurdissima. Is enim semper id, quod (secundum rationis humanæ iudicium) tertius est, anteposuit illi, quod (eidem rationi) videtur melius. Melius eum, inquit, esse mori, quam nasci. Melius esse in domo luctus, quam in domo conuiuii. De his duabus aliis temporibus audiuiimus. Tertium vero illud est, quod charitati vestre prælegimus, non minus absurdum rationi, quam sunt cætera duo: quando dicit, Meliore est tristitia risu. Certum autem est, quod Salomon non studio contradicendi, aut studio singularitatis hæc proposuerit, sed dictante spiritu sancto. Et propterea ratione addit, ex qua colligitur, quod vere res ita habeat: Tristitia enim cor emendari afferit. Videbitus ergo, quomodo & in quibus melior sit tristitia risu: Et quomodo tristitia cor (iuxta hoc sapientis pronuntiatum) emendetur. Recte autem pronunciasse Salomonem, colligutrix sequentibus.

1. Primum hæc tristitia melior est risu, cum propter peccata nostra contristamur. Quemadmodum David coarctatur valde, 2. Sam. 24 v. 10. Niniuitæ, Jon. 3. v. 5.

Hæc tristitia cor emendat. Facit enim peccati agnitionem & contritio, vt deprecemur culpam, & emendemus vitam. Vide